



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

6. In dubio, an effectus sit à causa naturali, vel à dæmone, quid faciendum, etiamsi verba addita sint sacra? Et an concurrentibus talibus indiciis, quibus intellectus dubitet, an ensalmus operetur ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

Ita ille, & post illum Ioannes Sancius in *selectis disp.* tom. i. lib. 2. dis. 4. n. 40. & Layman. lib. 1. tr. 1. cap. 5. §. 4. n. 36. & Salas in 1. 2. tom. 1. tr. 8. disp. vñicas. sect. 2. 5. n. 264. Naldus in *summa*, ver. dubium n. 2. 5. Castrus Palau tom. 2. dis. p. 3. punct. 8. n. 6. Fagundez part. 4. lib. 1. c. 10. n. 28. Igitur si quis die Iouis ceannabatur, an hora duodecima noctis sonuerit, potest edere carnes, nam in & possesso sit pro libertate endendi, certumque horas antecedentes esse die Iouis, & dubium sit die Veneris; dubium autem ius præualere non debet contra ius certum. E contrario infertur, quod si hodie sit dies Veneris, aut ieiunij, & dubitetur an hora duodecima noctis sonuerit, non potest quis edere carnes, quia possesso est pro præcepto, cum constet hodiernum diem esse ieiunij, & dubitetur an transacta sit hora, ergo, &c.

2. Sed posse ne dubitarem, an sit transacta hora media noctis, & tunc edentem, vel bibentem, sumere Eucharistiam in die sequenti, diximus in *tratt. de Eu-*

charist. resol. 1.

Quae nunc
est in tom. 2.
tract. 1. tes.
12. a fin.,
& in aliis
cluis primæ
no.

R E S O L . VI.

In d. bio, an effectus sit à causa naturali, vel à demone, quid facientur? ut etiam si verba addita sint sacra?

Et an concurrentibus talibus indiciis, quibus intellectus

dabitur, an ensalmus operetur virtute diuina, natura-
li, vel diabolica, fas sit eo vi?

Et an sit licium, vii remedio superstitionis, aut de quo
dubium est, an contineat tacitam Demonis invoca-
tionem?

Pari modo fas non est à Mago petere, ut maledictum
dissolua, si dubitatur, an absque novo maleficio id possit?

Ex p. 4. tr. 3. Ref. 43.

Quo ad hoc §. 1. A D hoc dubium ita respondet Sanchez in
in tom. 5. tr. 10. lego do-
ctrinam ref. 109.

Hoc dubium ita respondet Sanchez in
in tom. 5. tr. 10. lego do-
ctrinam ref. 109.

A D hoc dubium ita respondet Sanchez in
in tom. 5. tr. 10. lego do-
ctrinam ref. 109.

An effectus à causa naturali proueniat, eo quod non
constet, an vires causa naturalis excedat necesse, cen-
fendum est potius eum à causa naturali prouenire, quia
cum innumera agentium naturalium vires nos lati-
tent, non est cur, eo quod virtus illa nobis dubia sit,
effectum illum causæ naturali negemus, nec abque
necessitate configiendum est ad occultam mali Angeli
operationem. Si autem constet effectum illum vires
causæ naturalis excedere, existimo, nisi maxima
operantur sanctitas, vel alia urgentissima indicia suadent,
effectum cum à Deo prouenire, censendum esse
in dubio superstitionis, & à demone prouenire, etiam si
verba adhibita sint sacra; quia quiescumque causa
adhibita nequit effectum naturaliter producere, est su-
perstitionis, & ad tacitum cum demone pauci perti-
nerit. Ita Sanchez.

2. Sed in hac materia videndum est omnino doctus
ref. seq. Sed Emanuel de Moura opus. 1. de ensal. & incant. sect.
cum codem. 2. c. 16. 17. & 18. vbi querit primò, an concurrentibus
talibus indiciis, quibus intellectus prudenter dubi-
tetur, an ensalmus operetur virtute diuina, naturali, vel
diabolica, fas sit eo vii. Secundò, vtrum fas sit vii ensalmo
dubio, saltem ad medendum, vel succurrendum
gravi necessitatibus. Tertiò, vtrum in dubio, an demon sit
auctor ensalmi, fas sit eo vii, saltem sub conditione, &
protestatione, si demon non subest? & ad omnia haec
tria dubia post eorum latam discussionem negatiū
respondet.

3. Non desinam tamen hic apponere opinionem
sup. hoc lego
doctrinam
tes. ref. 1. hy.

Leffius lib. 2. cap. 44. dub. 6. n. 46. vbi sic asserit. Non est
licitum vii remedio superstitionis, aut de quo du-
bium est, an contineat tacitam demonis invoca-
tionem, hoc enim est se exponere manifesto periculo su-

perstitutionis, nisi forte id faciat cum expressa voluntate
contraria protestatione. Pari modo fas non est à Ma-
go petere, ut maleficium dissolva, si dubitas an abquo
nouo maleficio id possit, quia id de quo dubium est
sue peccato fieri possit, sicut absolute non est faci-
dum, ita nec absolute ab alio perendum ut facias, tem-
perando conitas sine peccato fieri posse, & causa iusta
petendi subest. Ita Leffius.

R E S O L . VII.

An dubius, ensalmus operetur virtute diuina, vel dia-
bolica, fas sit eo vi?

Et de quadam ensalmo particulari ad praescindendam
peste agitur.

Et an licet petere à maleficio, ut maleficiū dissolu-
fi quis dubitas, an absque novo maleficio id possit? Ex
p. 4. tr. 3. Ref. 62.

§. 1. N Egatiuam sententiam docet, & validissimi
rationibus firmat Emanuel Moura opus. 1.
incant. sect. 2. c. 16. per totum, vbi etiam nota dubitan-
tem, an maleficium notit medium licuum, non posse il-
lum adiri pro maleficio soluendo. Ex his non desinam San-
chi obiter adnotare cum dicto Moura vbi supra. c. 17.
num. 2. 5. Suspectum esse illum ensalmum, quia ut pre-
fentissimum remedium contra pestem ferunt DD. Ca-
dinalibus pro Concilio Tridentino Congregatis an-
no 1546. tradidisse quandam sancte vite Grecum Ar-
chiepiscopum ad idem Concilium concurrentem; &
ita ego in facti contingenti confidui amissio-
ritatis, quando pestis infernali manu ciuitatem afflig-
bat, nullius tamen Doctoris autoritatem strenue
postea inueni, ut dictum est, Mouran, virum docti-
num, dubitasse de dicto ensalmo qui incipit, Crux
Christi salme me, &c. & nouissime tanquam supersti-
tionis, ac minime tolerandum damat, & docet Pla-
liberius Marchinus tract. Theologico de peste, in proli-
xiaribus, prob. 33. fol. 44. vbi asserta ita declaratela-
crani Cardinalium Congregationem, ut patet ex literis
Cardinalis sancti Honofrii ad Clementem Augu-
stum Inquisitorem in Territoria sub die 18. Septembris
1630. unde appetat me recte hic Panormi, vi disti-
pria, dictum ensalmum tanquam superstitionis domi-
nasse, licet aliqui tunc, sed innescit, contrarium fer-
sint; sed de hoc modo non est dubitandum: rati-
o est clara, quia quorsum in dicto ensalmo circa super-
stitionem ponitur illa litera marginalis, quam obiqui-
dem quicquid illa implicitè importat, vel innitit, to-
tum id exprimitur in versu illi respondentis: Quid in
membrana exaratio? quid ad brachium potius, quid
ad collum, quid ad caput, quid ad pectus circumpar-
tatio? quid orationis, finita potius Misa, quam ante in-
choatam recitat? ceteras rationes viches apud su-
predictum Marechini loco citatio, qui respondet ad
aliqua argumenta, quae licet parum solidè, pro defen-
sione dicti ensalmi adduci possunt.

R E S O L . VIII.

An subditus dubitans de iniuria tributi, teneatur illud
solvere, maxime si sint gabella, & tributa nova? Ex
p. 4. tr. 3. Ref. 39.

§. 1. A ffirmatiuē responderet Leffius lib. 1. cap. 3. §.
dub. 8. num. 6. 4. Malderus in 2. 1. ref. 5. cap. 2.
6. dub. 4. §. dico quini, vbi sic ait: Quando subditus de re
bitar solùm negatiū, non habens pro iniuria tributi & fe-
villam probabilem rationem, credo presumi posse pro
Principe, & in conscientia ipsum subditū teneri. Ita ille auge-
Contraciam